Alphabetū religioſorum

Incipit alphabetū paruū boni monachi in ſcola dei. ordinatū a ſancto Bonauētura doctore ſeraphico.

Vias tuas domine demonſtra mihi ⁊ ſemitas tuas edoce me. Obſecro te de⁹ meus doce me vias bone vite ꝓ ſalute anime mee. Magiſter

Lectio prima

Ama neſciri ⁊ pro nihilo reputari. hoc tibi ſalubrius eſt ⁊ vtilius ꝙ laudari ab hominibus. Lectio. ij.

Beniuolus ſis omnib⁹ boniſ ⁊ malis ⁊ nulli oneroſus.

Lectio tertia.

Cuſtodi cor tuū ab euagatione. os tuū ab ocioſa locutione. ⁊ ceteros ſenſus ſub rigore diſcipline.

Lectio quarta

Dilige ſolitudinē ⁊ ſilentiū. ⁊ inuenies quietem magnā ⁊ cōſcientiā bonam. Ubi em̄ multitudo. ibi frequēter ſtrepitus et mag̃ diſtractio cordis.

Lectio quinta

Elige paupertatē ⁊ ſimplicitatē. ⁊ cum paucis ſis cōtentus. ⁊ nō facile murmurabis.

Lectio ſexta

Fuge homines ⁊ ſeculi rumores. quia non potes eſſe ſatis deo ⁊ hominib⁹. eternis et tranſitorijs.

Lectio ſeptima

Gratias age deo ſemꝑ. corde ⁊ ore qualitercūꝗ tibi ſuccedit in grauamine ⁊ dolore. Nā deus oīa ꝓuide diſpenſat in mundo vero ⁊ recto iudicio ab eterno.

Lectio. viij.

Humilia te in omnib⁹ ⁊ ſub omnib⁹. ⁊ inuenies gratiā ab hominib⁹. eris quoꝗ deo acceptus ⁊ hominib⁹ dilectus. ⁊ dyabolus fugiet citius propť humilitatis virtutē ſibi valde contrariā.

Lectio nona

In oīm opere bono habeas intentionē puram ad placendū deo. qui inſpector ē cordis. ⁊ diligit iuſtos ⁊ puros.

Lectio decima

Kariſſimos reputa amicos ⁊ patronos ꝗ te premūt ⁊ vituperāt. ſi eī recte ſapis ⁊ cōſideras. lucrū inde acquires. nam ꝓſunt tibi in bono qui obſunt in malo,

Lectio. xj,

Labore ⁊ dolore cū gemitu ⁊ fletu acquirit regnū dei. delitijs ⁊ honorib⁹ ꝑditur paradiſus. Lectio. xij.

Magnū donū dei eſt pauperē eſſe in hoc mundo ꝓpter chriſtū. ⁊ infimū tenere locū. Magna ſuꝑbia altū petere gradū. ad alta ſemꝑ dyabolus ſuadet. honores ambire. fugere deſpectū. vt cadat aſcenſor eius retrorſum. cū ad breue dn̄atus fuerit pauperū. Minima dona ꝓ magna reputa. eris ⁊ dignus maiora accipe.

Lectio. xiij.

Neminē ſpernas. nulli noceas. afflicto regno condoleas. ⁊ nunꝗ te extollas.

Lectio. xiiij.

Omne temp⁹ cū deo vtiliter expendas. Nihil em̄ precioſi⁹ tempe. in quo ꝓmereri potes regnū dei in ꝑpetuū. Omnib⁹ quoꝗ te amabilē. benignū. ⁊ affabilē ſine diſſolutione exhibeas. Oīa bona ad laudē dei referas. ⁊ ſine conſilio ⁊ deliberatione nil facias. Lectio. xv.

Primo ſemꝑ quere in ope tuo an deo placeat vel diſpliceat. nec timore nec amore age cōtra conſcientiā tuā. In dubijs ad ſcripturam ⁊ obedientiā p̄lati tui recurre. nec tibi ipſi nimis cōfide. Prius diſce tacere ꝙ loqui. potiuſꝗ velis inſtrui ꝙ docere. Tutius eſt em̄ velle latere ꝙ apparere.

Lectio. xvj.

Quecūꝗ ad te non ꝑtinent de his nō iudices. nec te intromittas vt ſemꝑ pacē habeas. Qui cōmunia ſectatur ⁊ ſingularia vitat magis diliget ⁊ citius ad bonū finē ꝑueniet. Qui tempeſtiue facit quod debet, letior poſtea erit.

Lectio. xvij.

Reuertere ad interiora cordis tui. ⁊ claude oſtia oris tui ne vagari incipias per varia deſideria mundi conſilio dyaboli. Nocent mala audita. temptāt pulcra viſa. turbant illata vituperia. Recede ergo ab homine iracundo. indocto. diſſoluto. ⁊ mane in ſilētio cum deo.

Lectio. xviij.

Sobrius eſto in victu. modeſtus in veſtitu. prouid⁹ in verbis. honeſtus in morib⁹. maturus in conſilio. fortis in aduerſis. humilis in opprobrijs. ⁊ humilis in proſperis. gratus in beneficijs. hilaris in deſpectib⁹. patiens in dolorib⁹. diſcretus in omnibus agendis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Lectio.xix.

Time deum offendere in minimis negligẽtijs ⁊ defectib⁹ tuis. Noli preſumere in bonis. nec deſperare in aduerſis. Timor dei facit recedere a peccato. ⁊ ſollicitat in bono ope. vt bonũ bene fiat. Totũ te deo cõmitte. ⁊ qđ tibi ẽ graue. fiet cito portabile. Pax tua in patiẽtia multa. Leuis eſt om̄is tribulatio ꝑ vita eterna.

Lectio.xx.

Vende deo om̄ia cõmoda tua. ⁊ dabit tibi ſolatia meliora gratia adueniẽte in vna hora. Nemo ditior. nemo liberior eo. q̄ ſe ad om̄ia deo dat. ⁊ chriſtũ amãdo emit. qui mundũ cruce redemit.

Lectio.xxi.

Xp̄s ſit vita tua. lectõ tua. meditatio tua. locutio tua. Ipſe deſideriũ tuũ. lucrũ tuũ. tota ſpes tua ⁊ merces tua. Si aliud queris ꝑ̄ pure deũ. damnũ patieris. laborabis et requiẽ non inuenies.

Lectio.xxii.

Ymnos ⁊ pſalmos canere monachoꝝ eſt ⁊ clericoꝝ. quib⁹ cõgaudent angelorũ chori laudãtes deũ iugiter in regno celoꝝ. Seruire carni mors. cib⁹ vermiũ. nidus demonum. vita pecorũ. fomes morborũ. corruptio corpoꝝ. inquinatio morũ. perditio bonorũ. acquiſitio multoꝝ malorum ⁊ dolorum. Seruire deo. beatitudo anime. ſanitas corpis. prudentia ſpiritus. vita celeſtis. dulces ymnos deo cantat qui ĩ tribulatione ſua deũ ſemꝑ laudat. Initium ⁊ finis om̄is boni religioſi. deum corde amare. ore laudare. ⁊ fratrẽ ſuum exemplo edificare.

Lectio.xxiii.

Zachee frater deſcende de altitudine ſecularis ſcientie. veni ⁊ diſce in ſcola dei viaꝫ humilitatis. manſuetudinis. ⁊ patientie. ꝑ quam poſſis chriſto docente ad eterne beatitudinis gloriã ſecure ꝑuenire. Amen.

Concluſio

Scribe monache alphabetũ iſtud in corde tuo. quaſi in libro vite. ⁊ per ſingulos dies cartulã iſtam inſpice. ⁊ bonos mores aſſueſce. pauca ſunt verba. ſed magna h̄nt myſteria ⁊ perfectorum opa. Ornant exterius ⁊ quietãt interius. A contemptu ⁊ ſuipſi⁹ abnegatione incipit vita boni religioſi monachi. ⁊ proficit vſqꝫ ad contemplationem dei.

mũdi

Finit alphabetũ ꝑuum boni monachi in ſcola dei. ordinatũ a ſancto Bonauentura.

Incipit alphabetũ

religioſorum incipientiũ. ordinatũ a ſancto Bonauentura doctore ſeraphico.

Ama paupertatẽ. ſis vilibus content⁹
Bonis ſemꝑ actib⁹ iugiter intentus
Caue multiloquiũ. ſtudeas ſilere
Deum om̄i temꝑe ꝑ̄ oculis habere
Eſuriem amplectere. gulã refrenãdo
Fratrũqꝫ cõuiuia ſegniter ſectando
Gaudere cũ gaudentib⁹. cũ flẽtib⁹ plorare
Humilib⁹ cõſentiẽs. maiores honorare
In omnib⁹ obediens. ꝑ̄latoqꝫ parcbis
Karitatẽ inſuꝑ cũ om̄ib⁹ tenebis
Lumbos ſtringe lubricos dñi timore
Mundãs cordis oculũ caſto cũ pudore
Nihil ſeruans ꝓpriũ nudũ ſequẽs xp̄m
Onus leue ſufferẽs. mundũ vincẽs iſtum
Paſſum xp̄m recole corde gemebundo
Querẽs dei gloriã nil aliud in mũdo
Reſiſtendo vicijs orando feruenter
Sacramentũ ſumere debes reuerenter
Tu motũ mentis cõprime irã mitigando
Vanaqꝫ colloquia ſollicite vitando
Xp̄o frui cupiẽs. cellam frequẽtabis
Yeſum ſuꝑ om̄ia ſic dulciter amabis
Zelo dei feruens charitatis igne
⁊ in te peccantib⁹ ignoſcas benigne

Non nomen ſed factum
Nõ v̄bũ ſꝫ adiectũ fac̄ beatũ

Incipit miſtica the

ologia doctoris ſeraphici ſancti Bonauenture ordinis minorum a quibuſdã aſcripta Heinrico de palma. a quibuſdã alijs. a pluribus tamẽ aſcribit̄ ſancto Bonauenture.

V v

Je ſyon lugent eo q̄ non ſit qui vadat ad ſolẽnitatem. Licet Hieremias propheta dixerit hoc verbum captiuitatem populi ſui deplorans. tñ hoc poterit ſpeculator q̄ſqꝫ itelligẽs